



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Ne episcopus, sua ciuitate despecta, ambitus causa ad aliam transeat.  
lxxiiii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

à populis, nec ab episcopis necessitate compulsus. Maneat autem in Ecclesia quam primitus à Deo sortitus est, nec inde transmigret, secundum pristinum terminum de hac re constitutum.

*De præsumptione alienæ diœcesis. Cap. LXXIII.*

**S**i quis episcopus non rogatus de alia prouincia in aliā *Ex epist.* venerit, præsumptiuè irruens ad ordinationem, & *Bonifacij* constitutionem clericorum, & ad ea quæ ad illū non per *papæ.* tinent, importunus existat, vacua sint & inania omnia, quæ ab eo fuerint constituta. Ipse autem digna increpatio excommunicetur, & abominetur à sancto concilio.

*Ne episcopus sua ciuitate despecta, ambitus causa ad aliam transeat. Cap. LXXIII.*

**S**i quis autem episcopus ciuitatis suæ mediocritate de- *Ex decre.* specta, administrationem loci celebrioris ambierit, & *Leonis pa* ad maiorem se plebem quacunque ratione transfulerit, à *p.e.ca.38* cathedra quidem pellatur aliena, sed carebit & propria: ut nec illis præsideat quos per auaritiam concupiuit, nec illis quos per superbiam spreuit. Suis igitur terminis quisque contentus sit, nec supra mensuram iuris sui affectet augeri.

*Vi ab episcopis aliena parochia minime peruadetur. Cap. LXXV.*

**E**piscopo non licere alienam parochiam propria re- *De cano-* licita peruadere, licet cogatur à plurimis, nisi fortè *nibus apo-* quævis eum rationabilis causa compellat, tanquam qui *sto.tut.14* possit ibidem constitutis plus lucri conferre, & in causa religionis aliquid profecto prospicere. Et hoc non à se- metipso pertentet, sed multorum episcoporum iudicio, & maxima supplicatione perficiat.

*De eadem re. Cap. LXXVI.*

**S**acerdotes verò vice Christi legatione funguntur in *Ex epist.* Ecclesia, & sicut ei'sua est coniuncta sponsa, id est, Ec- *Ecclesi*- clezia, sic episcopis iunguntur Ecclesiae, vnicuique propor- *papæ, fra-* tione sua: & sicut vir non debet negligere vxorem suam, tribus per sed diligere, & castè custodire, & amare, atque pruden- *Aegyptū* ter regere: ita & episcopus debet Ecclesiā suā. Et velut *directa.* vxor quæ sub manu est viri, obedire debet viro suo, eumq; *cap. 4.*